Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ꝑor ꝓsecerat bona hereditas. ⁊ nepotum ꝑor semen in testamentis steterunt. ⁊ in permissione eorum manserunt. ⁊ filiorum ꝑor hereditas illorum ꝓter illos usq; in eternum manet. Semen eorum ⁊ gloria eorum non derelinquitur. corpora ꝑor ipsorum in pace sepulta sunt. ⁊ nomina eorum vivunt in generationes ⁊ generationes. Sapiam ꝑor narrant populi. ⁊ laudem eorum nuntiat ecclesia. Enoch placuit deo et translatus est in paradysum. ut det gentibus penitentiam. Hoc exemplum invenit. est iustus. ⁊ in tempore iracundie factus est reconciliatio. Ideo dimissum est reliquiis eius. cum factum est diluvium. Testamenta seculi posita sunt apud illum. ne deleri possit diluvio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gentium. ⁊ non est inventus similis illi in gloria. qui conservavit legem excelsi. Et fuit in testamento cum illo. in carne eius fecit stare testamentum. ⁊ in tentatione inventus est fidelis. Ideo iure iurando dedit illi gloriam in gente sua. crescere illum sicut terre cumulum. et ut stellas exaltare semen eius. ⁊ hereditare illos a mari usque ad mare. et a fluminibus usque ad terminos terre. ⁊ in ysaac eodem fecit modo. propter abraham patrem ipsius. Benedictionem omnium gentium dedit illi. ⁊ testamentum suum firmavit super capud ysacob. Cognovit eum in benedictionibus suis. ⁊ dedit illi hereditatem. ⁊ diuisit ei partem in tribubus. xii. ⁊ congregavit illi homines multos. invententes gratiam in oculis omnis carnis.

Dilectus deo ⁊ hominibus moyses. cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum. ⁊ magnificavit eum in timore inimicorum. ⁊ in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum. ⁊ iussit illi coram populo suo. ⁊ ostendit illi gloriam suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum. ⁊ elegit illum de omni carne. Audiuit enim eum. ⁊ vocem ipsius. ⁊ induxit illum in nubem. ⁊ dedit illi coram ad precepta. ⁊ legem vite ⁊ disciplinam docere yacob testamentum. ⁊ iudicia sua israel. Et exaltauit aaron fratrem suum. ⁊ similem sibi de tribu leui. Statuit ei testamentum eternum. ⁊ dedit illi sacerdotium gentis. ⁊ benedicit illum in gloria. circumcinxit eum zona iustitie. ⁊ induit illum stola glorie. et coronauit illum in nisis iucundis. circumpetles. ⁊ femoralia. ⁊ humerale posuit ei. ⁊ circumcinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro. dare sonum incessu suo. auditum facere sonitum in templo in memoriam filiis gentis suae. Stolam sancam auro ⁊ iacincto ⁊ purpura. opus textilis iudicii sapientis. iudicio ⁊ veritate potiti. torto cocco opus artificis. gemmis pretiosis figuratis. in insignitura auri. ⁊ opere lapidarii sculptis. in memoriam secundum numerum tribuum israel. Corona aurea super mitriam eius. expressa signo sanctitatis. ⁊ gloria honoris ⁊ opus virtutis. desiderio oculorum ornata. sicut pulchra ante ipsum non fuerunt talia in saecula adorantem. Non est in omnis illa alienigena aliquis. qui cum filiis ipsius soli. ⁊ nepotes eius. Omnes tres sacrificia ipsius consumata sunt igni cotidie. Complevit moyses manus eius. ⁊ unxit illum oleo sancto. Fuit in testamentum eternum. ⁊ semini eius fiunt dies celi. fungi sacerdotio ⁊ habere laudem. ⁊ glorificavit populum in nomine suo. Ipsum elegit ab omnibus offerre sacrificium deo. incensum ⁊ bonum odorem in memoriam placare populo suo. ⁊ dedit illi in preceptis suis potestatem in testamentis iudicii. docere yacob testimonia.